

Franckesche Stiftungen zu Halle

Das Privilegirte Ordentliche und Vermehrte Dreißdnische Gesang-Buch

Marperger, Bernhard Walter

Dreßden, 1726

VD18 13184466

XXXVII. Gewisse Lateinische Hymni, wie solche bey denen Wochen-Predigten in der Kirche zum Heiligen Creutz, zu Anfang des Gottesdiensts, von Zeit zu Zeit, gesungen werden.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-206129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-206129)

Linderung findet sich, verschlossen bleibt die Gnaden-Thür.

9. Es wird groß Stanc in des Teufels Höl, auffahren, und un-
leidlich seyn. Davon wird ster-
ben Leib und Seel, ohn alle
Gnad, in höchster Pein. Sie
werden sterben, aber auch, in-
dem sie sterben, leben noch. Sie
werden leben stets im Rauch,
und augenblicklich sterben doch.

10. Also wird dort die Angst
gehaufft dem Sünder, der so
taub und blind jetzt in des Teuf-
fels Stricken läuft, und alle
Warnung schlägt in Wind, wer
aber sich zu Gott bekehrt, vom
Bösen läßt, und Gutes thut:
Der fährt, wenn er von hinnen
fährt, zu Gott, besitzt das höch-
ste Gut.

11. Wohlan, o Mensch, du
hast die Wahl: Gott hat dir je-
zund vorgestellt entweder Freu-
den oder Noth: Aus zweyen

nimm, was dir gefällt. Kann
dich das ewig Herzeleid nicht
schrecken von der Sünden-Lust:
So soll dich doch die höchste
Freud anreizen, daß du Buße
thust.

12. O Jesu, Jesu, der du hast
mich selbst erlöst durch dein
Blut, von meiner sichern Sün-
den-Last, und aus der tiefsten
Höllen-Blut. Der du auch war-
nest männiglich, aus lauter Lieb,
aus lauter Güte: Ach! hilf, daß
ich bekehre mich, mit rechtem
Ernst für Sünden hüt.

13. Erleuchte mich durch dei-
nen Geist, ohn dem ich nichts
vermag noch kan: laß ihn mich
leiten allermeist vom Sünden-
Weg auf rechte Bahn: Vom
Bösen zur Gerechtigkeit, und
allem, das dir wohlgefällt.
Hol endlich mich zu rechter
Zeit in deine Freud aus dieser
Welt.

**XXXVII. Gewisse Lateinische Hymni, wie solche bey
denen Wochen-Predigten in der Kirche zum Heiligen Creutz,
zu Anfang des Gottesdiensts, von Zeit zu Zeit,
gesungen werden.**

Vom Advent biß Weynachten.

745. M. Rom, Gott Schöpff. &c.

Veni, Redemptor gentium,
Ostende partum virginis,
Miretur omne seculum,
Talis partus decet Deum.

2. Non ex virili semine,
Sed mystico spiramine
Verbum Dei factum est caro,
Frustrumque ventris floruit.

3. Alvus tumescit virginis,
Claustra pudoris permanent,
Vexilla virtutum micant,
Versatur in templo Deus.

4. Procedens de thalamo suo,
Pudoris aula regia,
Geminæ Gigas substantiæ,
Alacris ut currat viam.

5. Egressus ejus a Patre,
Regressus ejus ad Patrem,
Excursus usque ad inferos,
Recurfus ad sedem Dei.

6. Aequalis æterno Patri,
Carnis trophæo accingere,
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpetim.

7. Præsepe jam fulget tuum,
Lumenque nox spirat novum,

Quod

Quod nulla vox interpolet
Fideque jugi luceat.

8. Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraceto
Et nunc & in perpetuum, Amen.
Von Weynachten biß zum fest
der Heil. drey Könige.

746. Mel. Christum wir ic.

A Solis ortus cardine
Ad usque terræ limitem
Christum canamus Principem
Natum Maria Virgine.

2. Beatus autor seculi,
Servile corpus induit,
Ut carne carnem liberans,
Non perderet, quos condidit.

3. Casta parentis viscera
Cœlestis intrat gratia,
Venter puellæ bajulat
Secreta, quæ non noverat.

4. Domus pudici pectoris
Templum repente sit DEI
Intacta nesciens virum,
Verbo concepit Filium.

5. Enixa est puerpera
Quem Gabriel prædixerat,
Quem matris alvo gestiens
Clausus Johannes senserat.

6. Fœno jacere pertulit,
Præsepe non abhorruit,
Parvoque lacte pastus est,
Per quem nec ales esurit.

7. Gaudet Chorus Cœlestium,
Et angeli canunt Deo
Palamque sit Pastoribus
Pastor creator omnium.

8. Summo parenti gloria,
Natoque laus quam maxima,
Cum sancto sit spiramine
Nunc & per omne seculum.

9. Gloria Tibi, Domine,
Qui natus es de virgine,
Cum Patre & Sancto Spiritu
In sempiterna secula.

Vom fest der Heil. drey Könige,
biß auf das fest der Reini-
gung Mariâ.

747. M. Was fürchstu Feind ic.

H Oſtis Herodes impie,

Christum venire quid times?

Non arripit mortalia,
Qui regna dat cœlestia.

2. Ibant Magi, quam viderant,
Stellam sequentes præviam,
Lumen requirunt lumine,
Deum fatentur munere.

3. Lavacra puri gurgitis
Cœlestis agnus attigit,
Peccata, quæ non detulit
Nos ablundo sustulit.

4. Novum genus potentia,
Aquæ rubescunt hydræ,
Vinumque iussa fundere
Mutavit unda originem.

5. Gloria Tibi, Domine,
Qui apparuisti hodie
Cum Patre & sancto Spiritu
In sempiterna secula, Amen.

Von Licht: Meß biß Oſtern.

748. Mel. Christe, der du bist ic.

Christe, qui lux es & dies,
Noctis tenebras detegis,
Lucisque Lumen crederis,
Lumen beatum prædicans.

2. Precamur, sancte Domine,
Defende nos in hac nocte,
Sit nobis in te requies,
Quietam noctem tribue.

3. Ne gravis somnus irruat,
Nec hostis nos surripiat,
Nec caro illi consentiens
Nos Tibi reos statuât.

4. Oculi somnum capiant,
Cor ad te semper vigilet:
Dextera tua protegat
Famulos, qui Te diligunt.

5. Defensor noster, aspice,
Insidiantes reprime:
Guberna tuos famulos,
Quos sanguine mercatus es.

6. Memento nostri, Domine,
In gravi isto corpore,
Qui es defensor animæ,
Adesto nobis, Domine.

7. Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraceto
Nunc & per omne Seculum, Amen.

Do 4

Von

Von Oſtern biß Pfingſten.

749. In eigner Melodey.

Vita Sanctorum, decus Angelorum,
Vita cunctorum pariter pierum,
Christe, qui mortis moriens Ministrum

Exsuperasti.

2. Tu tuo lætos famulos trophæo
Nunc in his ſerva placidis diebus,
In quibus ſanctum celebratur omnem
Paſcha per orbem.

3. Paſcha, quo victor rediens ab imo,
Atque cum multis aliis reſurgens,
Ipſe ſuſceptam ſuper alta carnem
Aſtralevaſti.

4. Nunc in excelsis Dominus reſul-
gens,
Et ſupra cælos Deus elevatus.
Inde venturus homo iudicatus,
Denuo iudex. Tolle,

5. Corda Tu ſuſum modo noſtra
Qui Patri dexter reſides in alto,
Ne reſurgentes facias in ima
Præcipitari.

6. Hoc Pater tecum, hoc iidem ſa-
cratus

Præſtet amborum, Pie Chriſte, Flatus,
Cum quibus regnas Deus unus omni
Jugiter avo, Amen.

Von Pfingſten biß zum Feſt der
Heil. Dreyfaltigkeit.

750. Mel. Koſt. Gott Schöpffer ꝛ

Veni, Creator Spiritus,
Mentes tuorum viſita,

Imple ſuperna gratia,
Quæ tu creaſti pectora.

2. Qui Paracletus diceris,
Donum Dei altiffimi,
Fons vivus, ignis, charitas,
Et ſpiritualis unctio.

3. Tu ſeptiformi munere,
Dextra DEI tu digitus,
Tu rite promiſſum Patris
Sermone ditans guttura.

4. Accende lumen ſenſibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma noſtri corporis
Virtute firmans perpetim.

5. Hoſtem repellas longius,
Pacemque donans protinus.

Ductore ſic Te prævio,
Vitemus omne noxium.

6. Per te ſciamus, da, Patrem,
Noſcamus atque Filium,
Te utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.

7. Sic laus Patri cum Filio,
Sancto ſimul Paracleta,
Nobisque mitrat Filius
Gharifma Sancti Spiritus.

Vom Feſt der Heil. Dreyfaltig-
keit biß zum Advent.

751. M. Der du biß Drey in 1c.

O Lux beata Trinitas
Et principalis unitas,
Jam ſol recedit igneus,
Infunde lumen cordibus.

2. Te mane laudum carmine,
Te deprecemur vespere,
Te noſtra ſupplex gloria,
Per cuncta laudet ſecula.

3. Deo Patri ſit gloria
Ejusque ſoli Filio,
Cum Spiritu Paracleta,
Nunc & per omne ſeculum, Amen.

752. Feſt. Purificat. Mariæ.

EX legis obſervantia Virgo Maria
Chriſtum præſentavit, eſſet ut legi
ſubditus, qui nos a iugo legis libera-
ret; Simeon hunc vetus amplexatur
lætus, congauDET Angelorum cœtus.

2. Decebat id tunc puerum, ut pa-
tris julla ſub Moſe completeret, dum
plenitudo temporis, quo nobis ſit con-
ſpicuus, veniret; Simeon hunc ve-
tus &c.

3. Diu ſub oculis manet caligo,
quæ ſemel ſatis adhaſit, quam præbuit
illis tum lex, cum tonitru in animoque
ſedit; Simeon hunc vetus &c.

4. Vates olim ſancti Patres, Viſio-
nem Chriſti deſiderabant; ſolus at
ipſe Simeon Puerperam cum Chriſto
præſentabat; Simeon hunc vetus &c.

Zu Paſſions-Geſängen.

753. Hymnus D. Gregorii.

REX Chriſte, ſaſtor omnium, redem-
tor & credentium, placare votis
ſupplicum, te laudibus colentium.

2. Cujus benigna gratia, Crucis per
alma

alma vulnera, virtute solvit ardua primi parentis vincula.

3. Qui es Creator siderum, tegmen subisti carneum, dignatus hanc vilissimam pati doloris formulam.

4. Ligatus es, ut solveres mundi ruentis complices, per probra tergens crimina, quæ mundus auxit plurima.

5. Cruci redemptor figeris, terram sed omnem concutis, tradis potentem spiritum, nigrescit atque seculum.

6. Mox in paternæ gloriæ victor refulgens culmine cum Spiritu munimine defende nos, Rex optime.

754. In Buss-Gesängen.

Aufer a nobis, Domine, cunctas iniquitates nostras, ut mereamur puris mentibus introire ad Sancta Sanctorum.

2. Miserere, Domine, populo tuo, quem redemisti, Christe, sanguinetuo, ne in æternum irascaris nobis.

3. Exaudi, Domine, preces nostras, per Jesum Christum Dominum nostrum.

755. In Catechismus-Gesängen.

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, Factorem cæli & terræ, visibilibus omnium & invisibilibus.

2. Et in unum Dominum, Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, & ex patre natum, ante omnia secula: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, **ETHOMO FACTUS EST**; Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato, passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas; & ascendit in cælum, sedet ad dextram Patris. & iterum venturus est cum gloria, judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis.

3. Et in Spiritum Sanctum, Dominum, & vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit; qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, confiteor unum Baptisma, in remissionem peccatorum: & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi seculi, Amen.

756. Das Magnificat Mariæ, Luc. 1.

Magnificat anima mea Dominum, & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

2. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

3. Quia fecit mihi magna, qui potens est: & sanctum nomen ejus.

4. Et misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum.

5. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

6. Deposuit potentes de sede: & exaltavit humiles.

7. Esurientes implevit bonis: & ævires dimisit inanes.

8. Suscepit Israel puerum suum: recordatus misericordiæ suæ.

9. Sicut locutus est ad patres nostros: Abraham & semini ejus in secula.

10. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

11. Sicut erat in principio, & nunc & semper: & in secula seculorum Amen.

757. Zur Vesper.

Deus, in adjutorium meum intende.

Domine, ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Sicut erat in Principio, & nunc & semper.

Et in secula seculorum, Amen, Halleluja.